



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quomodo idolorum cultum vetuerit: sed martyres & festorum celebritates
honorauerit. Cap. XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

hoc salutare Trophæum, non vllam vt ante consueuerant inauratam statuam sequerentur. Ipse vero tanquam sacrorum mysteriorum particeps: intra secretas se regię partes ita tis quotidie temporibus concludens, solus cum solo loquebatur Deo, & supplici voce in genua proiectus: humili vultu: & deiectis oculis à Deo petebat, vt quibus egeret rebus per illum consequeretur.

*De oratione & honore adhibito in celebritate
Pasche, CAP. XXII.*

SED hanc religionis exercitationem salutaris festi temporibus augens, omnibus viribus cum animi tum corporis diuinos sacrorum ritus obibat: quasi qui huius magnę solemnitatis exemplum omnibus præberet. Nocturnam vero in hoc festo peruigilationem tam claram reddidit, quàm diurnam lucem: accensis tota vrbe per certos homines (quibus hoc munus delegatum fuit) quàm celsissimis cereis candelis, etiam lampadibus igneis omnes laterbras collustrantibus: vt illa mystica pernoctatio longè clarior ipsa solis luce redderetur. Iam recipiente se aurora seruatoris benignitatem imitatus, omnibus ex quouis plebis populivæ genere beneficam & prolixam manum porrigebat: collatis in omnes maximis beneficijs. Ad hunc igitur modum Deo ille suo, quasi sacerdos quidam sacra faciebat.

*Quomodo idolorum cultum vetuerit: sed martyres
& festorum celebritates honorauerit.
CAP. XXIII.*

OMnino omnibus Romano imperio subiectis gentibus & legionibus idololatrię fores clausę erant: repressumque quoduis idolis sacrificandi genus. Etiam ad ipsos gentium præfectos imperatoris nutu & voluntate ædictum perlatum est: vt illi perinde Dominicum diem venerarentur. Iidem consecratos Martiribus dies honore profēquebantur, & festorum solemnitates in ecclesijs celebrabant, quę omnia secundum imperatoris voluntatem gerebantur.

Quod